supplicabant. Quia propter dominus Wilhelmus tamquam intrusum et symoniace confirmatum ad unicum verum et indubitatum pontificem summum, et ad sedem apostolicam et ad concilium generale constancie tunc celebrandum appellavit; et in appellacione sua dominum Johannem papam, non simpliciter papam, sed dominum Johannem, quem Pommenses et quidam alii papam modernum appellabant, nominavit, et hanc appellacionem valvis ecclesiae Coloniensis fecit affigi. Et nichilominus dominus Adolphus dux Montensis ad Gregorium pro confirmacione seu provisione domini Wilhelmi videlicet fratris sui legacionem misit. Et quamplurimi multi principes et domini cum domino Wilhelmo confederacionem inierunt, guerre gravissime inter ipsas partes facte sunt. Quibus capitulum et civitas Paderbornensis, cum lige sue consortibus immiscere se cupientes, cum dicto domino Theoderico et sibi adherentibus, fedus inierunt, postquam de decreto confirmacionis eius supradicto certificati fuerunt. Anno sequenti, scilicet salutis 1417, die secunda mensis octobris, Theodericus archiepiscopus Coloniensis vedit Paderburne, et admissus est pro administratore ibidem, et cives prestiterunt ei iuramenta fidelitatis. Et ~~quinta decima~~ 15a die post hoc Bernardus de Horde tradidit novum castrum in manus eius. Videns igitur dominus Wilhelmus electus Paderbornensis, emulorum suorum fraudibus non posse resistere se viribus, et dispensacionis super munerum consecracionis dilacione sibi quantum ad ecclesiam Paderburnensem a sede apostolica

und [illegible], und. von [illegible] [illegible] zu dispens. super dilatione munerum consecr., [illegible] expirare

concess
siam
eius g
gavit:
dam
amite
filia
Theo
castr
domi
illum
nem
Theo
pres
nov
dei
vin
ibi
pap
Item
tico
Ch
mu
tric
der
nien